Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift



99

elisabeth missus est rursus gabriel angelus in galileam ad urbem
que desponsata erat uiro. cui nomen erat ioseph. id est uiro iusto.
de quo ipse dixit. Qui habet sponsam sponsus est. Quod et dauid simi
liter dixit. Et ipse uelut sponsus egrediens de thalamo suo. Post sex
tum autem mensem conceptionis iohannis. quod est. viii. k. octobris.
sextum mensis marci principium anni. quia principes et primari omnium ipso
mense concepti et passi sunt. De quo et paulus testatur dicens. Qui est
mediator dei et creature. quia ipso condita sunt omnia in celis et in terra.
Quinto mense iudis moyses sollempnem et paschae futurum sollicite et
crebre commendabat dicens. Hic mensis mihi primus erit
uobis in mensibus anni. Iudicium enim filio dei de integritate hominum.
hoc mense concipiebatur. Ex die igitur conceptionis iohis. viii. k. octob.
quando angelus gabel ingressus est ad mariam et salutauit eam
dicens. Pax tecum que inuenisti gratiam apud dm. Que audito hoc
ubo conturbata est et cogitabat apud semetipsam. que esset hec salu
tatio. Cui dixit angelus. ne timueris maria quia inuenisti gratiam
apud dm. Ecce concipies in utero et paries filium. et uocabis nomen eius
ihm. Hic erit magnus et filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dns ds
sedem dauid patris eius. et regnabit in domo iacob in eternum. et regni eius
non erit finis. Cui respondit maria. Et quomodo hec cognoscam. cum uirum
non nouerim. Et dixit illi angelus. Spiritus sanctus superueniet in te et uirtus
altissimi obumbrabit tibi. Propterea quod ex te nascetur sanctum uocabitur filius dei. Te maria
fida sermonis dixit. Ecce ancilla dni contingat mihi secundum uerbum tuum.
Fuit igitur in diuinum quando hec angelus ad mariam annunciauit. viii. k.
aprilis quia et ipse est dies equinoctialis ad inchoationem lucis. Iam enim
detersa caligine mundi lux mundo adueniebat. sic ihs in epla

sex mensis usque ad viii. k. aprilis